

Rosary Prayers in Latin

Sign of the Cross In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Apostles Creed Credo in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus, descéndit ad ínfernos, tértia die resurréxit a mórtuis, ascéndit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis, inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrecciónem, vitam ætérnam. Amen.

Our Father Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débita nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem, sed líbera nos a malo. Amen.

Hail Mary Ave María, grátia plena, Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

Glory Be Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

O My Jesus O mi Iesu, indulge peccata nostra, conserva nos ab igne inferni, duc omnes ad cæli gloriam, præcipue tua misericordia maxime egentes.

Hail Holy Queen Salve Regína, Mater misericórdiæ; Vita dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te Clamámus éxsules filii Evæ; Ad te Suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, Illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte: Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, Nobis post hoc exsílium osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María.
V/. Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix.
R/. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. Amen.

Concluding Prayer Oremus: Deus, cujus Unigénitus, per vitam, mortem et resurrecciónem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit: concéde, quæsumus; ut, hæc mystéria sanctíssimo beátæ Mariæ Virginis Rosário recoléntes; et imitémur quod cónitent, et quod promíttunt, assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

(Optional)

Prayer to St. Michael the Archangel Sáncte Míchael Archángele, defénde nos in proélio, cóntra nequítiam et insídias diabóli ésto præsídiúm. Ímperet illi Déus, súpplícés deprecámur: tuque, prínceps milítiæ cæléstis, Sátanam aliósque spíritus malignos, qui ad perditionem animárum pervagántur in mún-do, divína virtúte, in inférnum detrúde. Amen.